

recepimus et tenuimus, iusto emptionis et venditionis accedente titulo vendidimus pro quinquaginta marcis argenti perpetuo possidenda, ita quod libere de eisdem quatuor talentis minus tribus solidis in ecclesia Misnensi poterit pro suae voluntatis libito quicquid sibi placuerit ordinare. Ut autem sciatur, in quibus mansis haec quatuor talenta minus tribus solidis recipi debeant, specificatione lucida duximus distinguendum. A duobus mansis, quos Martinus de Plawenitz⁴⁾ possidet, duo talenta et quinque solidi denariorum Vribergensium cum dimidio schoco⁵⁾ ovorum persolventur. Item de uno horto, quem idem Martinus possidet, tres solidi similiter persolventur. Ab uno manso, quem Petrus suus vicinus possidet, viginti et quatuor solidi denariorum praedictorum et dimidius schocus ovorum solvi debet⁶⁾. Item de mansis, quos Rudegerus habet, quinque solidi denariorum et dimidius schocus ovorum tantummodo persolventur et residuus census Rudegeri dabitur ei, ad quem dinoscitur pertinere. Et sic iste census in festo purificationis beatae Mariae virginis dimidius et in festo beatae Walburgis dimidius a possessoribus praedictorum mansorum et horti, qui pro tempore fuerint, annis singulis persolvetur. Praetera recognoscimus publice profitentes, quod praedictas quinquaginta marcas a dicto domino Conrado recepimus integraliter et complete. In cuius rei testimonium praesentem litteram scribi iussimus capituli Misnensis et nostri sigillorum appensionibus roboratam. Actum et datum Misnae anno domini M^o.CC^o.LXXX^o. septimo VII^o. Kalendas Septembris praesentibus dominis Siffrido decano Misnense, Johanne praeposito Wurzinense, Heidenrico cantore, Theoderico praeposito Budesinense⁷⁾, Conrado de Hersfeldia canonicis Misnensibus, Conrado longo Thuringo, Conrado de domina nostra, Conrado de Bork capellano nostro, Petro notario nostro et aliis⁸⁾ quam pluribus fide dignis.

In zwei Ausfertigungen im K. Haupt-Staatsarchiv (A) und im Stiftsarchiv zu Meissen (B). Bei der ersteren sind die wohl erhaltenen Siegel des Capitels und des Dechanten Gebhard (S. Gebhardi decani Magunt. et ppositi S. Victoris) an grünseidenen Fäden, bei der letzteren das Siegel Gebhards an einem Pergamentstreifen befestigt, das Siegel des Capitels aber nicht beigegeben worden.

4) Plawenitz B. 5) socco B. und so immer. 6) debent B. 7) Theoderico praeposito Budesinense, Heidenrico cantore, Alberto de Luppe, Conrado B. 8) capellano nostro, Henrico plebano in Cameniz et aliis B.

No. 281. 1287?

Erzbischof Heinrich II. von Mainz verleiht denen, welche bussfertig an gewissen Festtagen die Domkirche besuchen und zum Fortbau derselben beisteuern, vierzig Tage Ablass von den Strafen schwerer Vergehen.

Frater Heinricus dei gratia sanctae Maguntinae sedis archiepiscopus^{a)}, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, universis Christi fidelibus praesentium inspectoribus salutem in omnium salutari. Licet is de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, ex abundantia pietatis suae merita supplicum excedens et vota bene laborantibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem bonorum operum sectatorem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis

a) Heinrich II. (Gürtelknopf, Göcklmann, Knoderer) Franciscaner-Ordens, Erzbischof seit 27. Aug. 1286, gest. 17. März 1288.